840

et liberum pro suo interesse faciendo in ipsum et eius successores
eiusmodi quinque sexagenas plenarie transfert et transfundit
hac sua personali recognitione in praemissis mediante

Kadlubowka Donatio.

Coram officio et actis praesen. Castren. Capitan. Branscen. personaliter compa
rens Honestus Albertus olim Jacobi Kadlubowski sanus mente et
corpore existens palam recognovit Quia Honesto Bartholomeo Jacobi
lek Kadlubowski et Apolloniae Kadlubowska Coniugibus bonorum
suorum immobilium in fundis Kadlubowscen. regalibus consisten.
totam et integram sortem suam se post olim Honestum Petrum
Kadlubowski fratrem germanum steriliter decessum iure natura
lis successionis concernen. et devolutam cum una area post villam
a pariete ad parietem (alteram vero arcam in villa cum gaza et
horto prout extenditur sibi reservando) et in agris fundis morgis
additamentis pratis campis silvis ac aliis utilitatibus nullis exceptis
dedit donavit et inscripsit Quibus iam ex nunc intromissionem
realem cum actuali ac pacifica possessione per ministerialem et Nobiles offere
acceptandam dat et admittit submittitque se idem recognoscens cum
suis successoribus eosdem donatarios suos sive eorum posteros occasione
praemissorum ab omni impedimento iuridico omnium personarum pro
pinquarum et remotarum tueri evincere eliberare intercedere
pacificare solusque per se et per quasvis submissas et subordinatas
personas non inturbare sub damnis terrestribus simpliciter taxatis
et edicendis Et. Coram officio praesenti Castren. Branscen. in primo
Castro Termino peremptoria renuntiatione omnibus controversiis exceptionibus
allegationibus motionibus apellationibus dilationibus ac earum prosequutionibus
aliisque universis iuris remediis et defensis legalibusque impedimentis
etiam de iure fieri solitis se et suos successores uti absentibus submis
sione sua et suorum successorum totius et integrae causae.

Zakowka Kiersnowo Obligatio

Coram officio et actis praesen. Castren. Capitan. Branscen. Comparens
Nobilis Joannes olim Christophori Kiersnowski de Kiersno
wo haeres sanus mente et corpore existens palam recognovit
Quia Honesto Mathiae Zakowka bonorum in haereditate Kiersno
wo sitorum in primo loco w wyhodźcach tres sulcos a pariete
ad graniciem Malinowska inter mettas Czarnowsi[illegible] et Du
[illegible]owie item in alio loco zagraniczny tres sulcos a granice
lehorowska ad graniciem Kalinowa inter mettas ut supra in ter
tio campo pod pacami w Krasney gorki tres sulcos a pariete ad
fluvium Nurzec Cum agris pratis rubetis et omnibus utilitatibus
in quatuor sexagenis polonicalibus ad exemptionem obligavit
Cui iam ex nunc intromissionem realem cum actuali ac pacifica
possessione per ministerialem et Nobiles duos offerendam acceptandam dat
et admittit submittendo se cum suis successoribus eundem

obligatorium possessorem suum et eius successores occasione praemissorum ab omni impedimento iuridico omnium personarum propinquarum et remotarum tueri defendere evincere eliberare intercedere pacificare soluturum tam per se quam per quasvis personas nomini vitiare sub vadio similiter aequali quatuor sexagenarum polonicalium. Et Coram officio praesenti Castrensi Bransensi in primo Citatorum Termino peremptoria vensione omnibus in universum iuris remediis et defensis legalibus impedimentis etiam de novo concessibilibus se et suos successores in his abscribendo et abrenunciando.

Poplawski Superreceptio

Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitaneus Bransensis personaliter comparens Nobilis Ursula relicta olim Nobilis Lucae Poplawski sana mente et corpore existens palam ac libere recognovit Quia ipsa apud Nobilem Andream olim Stanislai Alexandrowicz Poplawski in Poplawy haered. summam trium florenorum polonicalium ad priorem summam septem septem cum media sexagenarum modo obligatorio Coram actis hisce Terrestribus Bransensibus super bona certa in originali inscriptione contenta per olim Nobilem Lucam Poplawski maritum suum inscriptam superrecepit et summam hanc trium florenorum cum priori coniunxit ita ut summa eadem iuncta insimul efficiat summam totaliter Novem sexagenarum polonicalium. Quia quidem ~~summa~~ eadem bona in originali inscriptione exarata Cum omnibus eorum utilitatibus nullis exceptis modo obligatorio tenebit habebit et possidebit hinc usque ad exemptionem et summae praefatae Novem sexagenarum polonicalium integram exsolutionem. Cui iam exnunc intromissionem realem cum actuali ac pacifica possessione per ministerialem et Nobiles duos officio acceptatos dat et admittit Pacemque tuitionem et evictionem omnimodam occasione praemissorum ab [illegible] impedimento iuridico per totum tempus tenutae eius [illegible] sub vadio aliarum Novem sexagenarum polonicalium indefectu praestationis seu praepeditae possessionis ad solvendorum irremissibiliter succumbendo. Et Coram officio praesenti in primo Citatorum Termino peremptoria vensione omnibus in universum iuris remediis se et suos successores in his abscribendo et abrenunciando sub amissione totius et integrae causae.

Srednicki Quietatio cum Submissione

Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Bransensibus personaliter Comparens Nobilis Valentinus olim Nicolai Symbor de Symbory Andrzejowięta haeres sanus mente et corpore existens palam recognovit Quia Nobilem Fabianum olim Andreae Srednicki de obligatoria inscriptione Coram actis hisce Castrensibus olim Nobili Joanni Srednicki Parenti Consortis eiusdem recognoscentis per eundem Fabianum Srednicki

ut germani